LAS

ORACIONES

QVE SE PVEDEN DEZIR

QVANDO SE VISITAN

LAS IGLESIAS

Para ganar el Iubileo del Año Santo.

Recopiladas por el P. M. F. Geronimo Gracian de la Madre de Dios Carmelita.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EN ROMA, *Por Antonio Faqueto.* 1599.

Con Licencia de los Superiores.

ORACIONES

AVNQVE para ganar el Iubileo del Año sancto, cada vno puede dezir las oraciones que mas deuocion tuuiere, pues que las palabras que se contienen en la bulla de nuestro Sanctissimo Padre Clemente VIII. dada para la publicacion del Iubileo, no obligan à particulares oraciones, sino rogar a Dios por la salud de los fieles, y de todo el pueblo Christiano. Pero para prouecho de las personas deuotas, he recopilado en este librito las orationes que se pueden dezir, assi en el tiempo de

salir de casa, como yendo por el camino, y visitando las Iglesias, y las que se dizen al tiempo de abrir, y cerrar la Puerta sancta.

LOS que no supieren leer ò aunque lo sepan qui sieren dezir visitãdo las Iglesias, solamente Pater nostres, y Aue Marias, digan el numero segun su deuocion. Però parece que seria bueno delante el sanctissimo Sacramento, cinco Pater nostres, y cinco Aue Marias; a Nuestra Señora tres Pater nostres, y tres Aue Marias, con tres Salues, a todos los Sanctos de aquella Iglesia, y por las animas de los diffunctos, y al Sãcto cuya es la Iglesia tres Pater nostres, con tres Aue Marias, en los demas altares vn Pater noster, y vn Aue Maria en cada vno, y quando estos Pater nostres, y Aue Marias, se dizen con Gloria Patri, es mucha deuocion.

El

El Itinerario de lo que se a de dezir quando se sale de casa para yr a visitar las Iglesias.

IN nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.

Benedicta sit sancta, & indiuidua Trinitas nũc, & semper, & per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Per signum Crucis, de inimicis nostris, libera nos Deus noster. Pater noster. Aue Maria. Crẽdo, &c.

CONfiteor Deo omnipotẽti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioãni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, & omnibus Sanctis, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum,

& omnes sanctos orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

MIsereatur nostri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis nostris perducat nos ad vitam æternam. ℟. Amen.

INdulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Dignare domine die isto,
℟. Sine peccato nos custodire.
℣. Miserere nostri domine,
℟. Miserere nostri.
℣. Fiat misericordia tua domine, super nos,
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire fecisti: tua nos hodie salua virtute, vt in hac die ad nullum

declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes,& opera. Per Christū dominum nostrum. Amen.

Oratio.

DIrigere,& sanctificare, regere, & gubernare dignare Domine Deus, rex cœli & terræ hodie corda & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, vt hic,& in æternum te auxiliante, salui,& liberi esse mereamur Saluator mundi. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni,& adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

SEPTEM

PSALMI POENITENTIALES.

Cum Litanijs.

Antiphona. *Ne reminiscaris.*

PSALMVS. 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quo-

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quōniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant; & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

PSALMVS 31.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit do

minus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruã te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus, & mulus:

lus: quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circumdabit.

Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini oēs recti corde.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: tota die contrista-

triſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatũ ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſideriũ meum: & gemitus meus a te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei; aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens:

diens: & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei: & dum cõmouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, & cõfirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mex.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS 50.

MIserere mei Deus: secundum ma-

magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum corā te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciē tuā a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus:

& spi-

& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua: & ſpiritum ſanctũ tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiã ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Syon: vt ædificentur muri Ieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tũc imponent ſuper altare tuũ vitulos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

PSALM. V. S. 101.

DOmine exaudi orationē meā: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacūque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerūt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cū fletu miscebam.

A fa-

A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fænum arui.

Tu autem domine in æternū permanes: & memoriale tuum in generatione, & generationem.

Tu exurgens domine misereberis Syon: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniã placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebũtur

Et timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit dominus Syon: & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humiliũ: & non spreuit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera & populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus cõpeditorũ: vt solueret filios interemptorum.

Vt

Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ieruſalem.

In conueniendo populos in vnũ: & reges vt ſeruiant domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierũ meorum: in generatione, & generationem anni tui.

Initio tu domine terrã fundaſti: & operam manuũ tuarũ ſunt cæli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabnntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem

vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS 142.

DOmine exaudi orationē meā, auribus percipe obsecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cū seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mor-

mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ac te confugi: doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam

meam

meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam; quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Antiphona. Ne reminiscaris, domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIAE.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nob.
Sancta Trinitas vnus deus, miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta Virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti Angeli,& Archangeli, orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines orate.
Sancte Ioannes Baptiſta ora.

Omnes

Omnes ſancti Patriarchæ,& Prophe
tæ orate.
ſancte Petre ora.
ſancte Paule ora.
ſancte Andrea ora.
ſancte Iacobe ora.
ſancte Ioannes ora.
ſancte Thoma ora.
ſancte Iacobe ora.
ſancte Philippe ora.
ſancte Bartholomæe ora.
ſancte Matthæe ora.
ſancte Simon ora.
ſancte Thadæe ora.
ſancte Matthia ora.
ſancte Barnaba ora.
ſancte Luca ora.
ſancte Marce ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euange-
liſtæ orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini ora-
te pro nobis.
Omnes ſancti Innocentes orate
ſancte Stephane ora.
ſancte Laurenti ora.
ſancte Dionyſi ora.
ſancte Vincenti ora.

ſancti Fabiane, & Sebaſtiane orate pro nobis.
ſancti Ioannes & Paule orate.
ſancti Coſma, & Damiane orate.
ſancti Geruaſi, & Prothaſi orate.
Omnes ſancti Martyres orate.
ſancte Silueſter ora.
ſancte Gregori ora.
ſancte Ambroſi ora.
ſancte Auguſtine ora.
ſancte Hieronyme ora.
ſancte Martine ora.
ſancte Nicolae ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores orate.
Omnes ſancti Doctores orate.
ſancte Antoni ora.
ſancte Bernarde ora.
ſancte Dominice ora.
ſancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi & Heremitæ orate.
Omnes ſancti ſacerdotes, & Leuitæ orate pro nobis.
ſancta Maria Magdalena ora.
ſancta Agatha ora.
ſancta Lucia ora.

ſancta Agnes ora.
ſancta Cæcilia ora.
ſancta Catherina ora.
ſancta Anaſtaſia ora.
Omnes ſanctæ virgines,& viduę,orat.
Omnes ſancti,& ſanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto, parce nobis Domine.
Propitius eſto exaudi nos Domine.
Ab omni malo libera nos Domine.
Ab omni peccato libera
Ab ira tua libera
A ſubitanea,& improuiſa morte lib.
Ab inſidijs diaboli libera
Ab ira,& odio,& omni mala voluntate libera
A ſpiritu fornicationis libera
A fulgure,& tempeſtate libera
A morte perpetua libera
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ libera
Per aduentum tuum libera
Per natiuitatem tuam libera
Per baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum libera
Per Crucē,& paſſionem tuam libera
Per mortem,& ſepulturam tuam, lib.
Per ſanctam Reſurrectionē tuā, lib.
Per admirabilē aſcenſionem tuā lib.
Per aduentū Spiritus sācti paracliti,lib.
In die iudicij libera
Peccatores, te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas, te rogamus.
Vt nobis indulgeas, te rog.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
Vt Ecclesiam tuam sanctam regere, & conseruare digneris, te rog.
Vt domnum Apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordines in Sancta religione conseruare digneris, te rog.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rog.
Vt regibus, & principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rog.
Vt cuncto populo Christiano pacem, & vnitatem largiri digneris, te rog.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare, & conseruare digneris, te r.
Vt mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rog.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorū nostrorum, ab æterna damnatione eripias, te rog.
Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris, te rog.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiē æternam donare digneris, te rog.
Vt nos exaudire digneris, te rog.
Fili Dei, te rogamus, aud.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Psal. 69.

DEus in adiutorium meum intende: Dñe ad adiuuandũ me festina. Confundantur, & reuereantur: qui quęrunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligũt salutare tuũ.

Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: domine ne moreris.

Gloria patri, & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc.

℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis ℣. Domine nõ secundum peccata nostra facias nobis.

magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus:

& spi-

& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua: & ſpiritum ſanctū tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiā ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiū, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Syon: vt ædificentur muri Ieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tūc imponent ſuper altare tuū vitulos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

PSALMVS CII.

DOmine exaudi orationẽ meã: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacũque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerũt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cũ fletu miscebam.

A fa-

A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fænum arui.

Tu autem domine in æternũ permanes: & memoriale tuum in generatione, & generationem.

Tu exurgens domine misereberis Syon: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniã placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebũtur

Et timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit dominus Syon: & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humiliũ: & non spreuit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera & populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus cõpeditorũ: vt solueret filios interemptorum.

Vt

Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ierusalem.

In conueniendo populos in vnũ: & reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis suæ paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierũ meorum: in generatione, & generationem anni tui.

Initio tu domine terrã fundasti: & operam manuũ tuarũ sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabnntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in

vocem

vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino.

A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redēptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS 142.

DOmine exaudi orationē meā, auribus percipe obsecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cū seruo tuo: quia non iustificabitur in cō spectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mor-

mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ac te confugi: doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam

meam

meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Antiphona. Ne reminiscaris, domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIAE.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nob.
Sancta Trinitas vnus deus, miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta Virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti Angeli,& Archangeli, orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines orate.
Sancte Ioannes Baptiſta ora.

Omnes

Omnes ſancti Patriarchæ,& Prophe
tæ orate.
ſancte Petre ora.
ſancte Paule ora.
ſancte Andrea ora.
ſancte Iacobe ora.
ſancte Ioannes ora.
ſancte Thoma ora.
ſancte Iacobe ora.
ſancte Philippe ora.
ſancte Bartholomæe ora.
ſancte Matthæe ora.
ſancte Simon ora.
ſancte Thadæe ora.
ſancte Matthia ora.
ſancte Barnaba ora.
ſancte Luca ora.
ſancte Marce ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euange-
liſtæ orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini ora-
te pro nobis.
Omnes ſancti Innocentes orate
ſancte Stephane ora.
ſancte Laurenti ora.
ſancte Dionyſi ora.
ſancte Vincenti ora.

ſancti Fabiane, & Sebaſtiane orate pro nobis.
ſancti Ioannes & Paule orate.
ſancti Coſma, & Damiane orate.
ſancti Geruaſi,& Prothaſi orate.
Omnes ſancti Martyres orate.
ſancte Silueſter ora.
ſancte Gregori ora.
ſancte Ambroſi ora.
ſancte Auguſtine ora.
ſancte Hieronyme ora.
ſancte Martine ora.
ſancte Nicolae ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores orate.
Omnes ſancti Doctores orate.
ſancte Antoni ora.
ſancte Bernarde ora.
ſancte Dominice ora.
ſancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi & Heremitæ orate.
Omnes ſancti ſacerdotes, & Leuitæ orate pro nobis.
ſancta Maria Magdalena ora.
ſancta Agatha ora.
ſancta Lucia ora.

ſancta Agnes ora.
ſancta Cæcilia ora.
ſancta Catherina ora.
ſancta Anaſtaſia ora.
Omnes ſanctæ virgines, & viduę, orat.
Omnes ſancti, & ſanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto, parce nobis Domine.
Propitius eſto exaudi nos Domine.
Ab omni malo libera nos Domine.
Ab omni peccato libera
Ab ira tua libera
A ſubitanea, & improuiſa morte lib.
Ab inſidijs diaboli libera
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate libera
A ſpiritu fornicationis libera
A fulgure, & tempeſtate libera
A morte perpetua libera
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ libera
Per aduentum tuum libera
Per natiuitatem tuam libera
Per baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum libera
Per Crucē, & paſſionem tuam libera
Per mortem, & ſepulturam tuam, lib.
Per ſanctam Reſurrectionē tuā, lib.
Per admirabilē aſcenſionem tuā lib.
Per aduentū Spiritus sācti paracliti, lib.
In die iudicij libera
Peccatores, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Psal. 69.

DEus in adiutoriũm meum intende: Dñe ad adiuuandũ me festina. Confundantur, & reuereantur: qui quę runt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligũt salutare tuũ.

Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: domine ne moreris.

Gloria patri, & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc.

℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis ℣. Domine nõ secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Oremus prõ Pontifice nostro N. ℟. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare dñe, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. ℣. Oremus prõ fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternã dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sãcto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus cui proprium est miserere semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena cõstringit miseratio tuę pietatis clemẽter absoluat

EXaudi, quæsumus Domine supplicũ preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis, domine, misericordiam tuam clementer ostende: vt simũl nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia

tia placaris: preces populi tui supplicatis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur auerte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clemẽtiam in viam salutis æternæ: vt te donãte tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus à quo sancta desideria, recta cõsilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem: vt, & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VRe igne sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium conditor, & redemptor; animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens sempiternè Deus, qui viuorum dominaris, simul, & mortuorum; omniumq; misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus: vt quibus effundere preces decreuimus, quosq; vel præsens sæculū adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit; intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, &c. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & misericors dominus. ℟. Amen.
℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescãt in pace. ℟. Amen.

LAS ORACIONES COMVNES *que se puedan dezir delante del sanctissimo Sacramento en cada Yglesia.*

Antiph. O sacrũ cõuiuiũ, in quo Christus sumitur, & recolitur memoria passionis eius, mens impleatur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. ℣. Panẽ de cælo præstitisti eis. ℟. Panem Angelorũ manducauit homo. Oremus.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriẽ reliquisti: tribue quæsumus, ita nor corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructũ in nobis iugiter sẽtiamꝰ. Qui viuis.

A nuestra Señora.

Antiph. Sancta Maria succurere miseris, luua pusilanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunq; celebrant tuã sanctã cõmemorationem. ℣ Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. ℟ Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus.

CONcede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosæ Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a presenti libetari tristitia, & æterna per frui lætitia. Per.

A todos los Sanctos.

Antiphona.

Sancti Dei omnes, intercedere digne-
mini pro nostra, omniumque salute.
℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Oremus.

OMnes Sancti tui, quæsumus Domi
ne, nos vbique adiuuent, vt dum
eorum merita recolimus, patrocinia
sentiamus. Per Christum &c.

Por los defunctos.

℟. Ne recorderis peccata mea Domine
dũ veneris iudicare sęculum per ignẽ.
℣. Dirige Domine Deus meus in con-
spectu tuo viam meam. Kyrie eleison
Christe el. Kyrie el. Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas, &c. Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ sa-
lutis amator, quæsumus clemẽtiã
tuam, vt nostræ congregationis fratres,
sorores, amicos, propinquos, ac benefa-
ctores, qui ex hoc sæculo transierunt,
Beata Maria semper Virgine intercedẽ
te, cum omnibus sanctis tuis, ad perpe-
tuæ beatitudinis consortium peruenire
concedas. Per Christum Dominum no-
strum. Amen. Oremus.

PRopitiare quæsumus Domine no-
bis famulis tuis per Sanctorum tuo

rum

rum, quorũ reliquiæ in hac requieſcũt Eccleſia, merita glorioſa, vt eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Chriſtum, &c.

Sant Pedro.

Al altar mayor de los Apoſtoles S. Pedro, y S. Pablo.

Antiph. Gloriosi Principes terræ, quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati. ℣. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terrã. ℟. Memores erunt nominis tui Domine. Oremus.

DEus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne emergeretur erexit, & coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede, vt amborũ meritis, æternitatis gloriã cõſequamur. Per Chriſtũ, &c.

En el Altar del Crucifixo, priuilegiado.

Antiph. O Crux ſplendidior cunctis aſtris, mundo celebris, hominibus multum amabilis, ſanctior vniuerſis: quæ ſola fuiſti digna portare talẽtum mundi, dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera; ſuper omnia ligna cædrorum tu ſola excelſior, in qua vita mundi pependit: & in qua Chriſtus triũpha uit, & mortem ſuperauit in æternum.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimꝰ tibi. ℟. Quia per sanctã Crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

DEus qui vnigeniti Filij tui precioso sanguine viuificę crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quęsumꝰ, eos qui eiusdem S. Crucis gaudẽt honore, tua quoque vbiq. protectione gaudere. Per.

En el Altar de S. Andres, priuil.

Antiph. Andreas Christi famulus, dignus Dei Apostolus, germanus Petri, & in passione socius. ℣. Dilexit Andream Dñs. ℟. In odorem suauitatis. Oremꝰ.

MAiestatem tuam Dñe, suppliciter exoramus: vt sicut Ecclesię tuę B. Andreas Apostolus extitit Prędicator, & Rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per, &c.

De S. Gregorio Papa.

Antiph. O doctor optime, Ecclesię Sãctę lumen B. Gregori diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei. ℣. Elegit eum Dñs sacerdotẽ sibi. ℟. Ad sacrificandũ ei hostiam laudis. Oremꝰ

DEus, qui animę famuli tui Gregorij ętern ę beatitudinis pręmia contuliſti: Concede propitius, vt vt qui peccatorum nostrorum pondere pręuenimur, eius apud te precibus subleuemur.

En el

En el Altar di S. Bonifacio mart priuil.

Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortẽ, & à verbis impiorũ nõn timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petrã. ℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe, ℟. Et conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ. Oremus.

PRęſta quęſumus omnipotens Deus, vt qui B. Bonifatij martyris tui commemorationem colimus, interceſſione eius, in tui nominis amore roboremur. Per, &c.

En el altar de los Muertos.

De S. Philippe, y Sanctiago.

Antiph. Non turbetur cor veſtrũ, neque formidet; creditis in Deum; & in me credite: in domo Patris mei, mãſiones multę ſunt. ℣. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Oremus.

DEus, qui nos annua Apoſtolorum tuorum Philippi, & Iacobi ſolẽnitate lętificas: pręſta quęſumus, vt, quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per, &c.

Por los defunctos.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas, &c.

℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Orem⁹ Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumq. tuarum, remissionem cūctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. Amen.

En el Altar de S. Anna priuiiegiado.

Antiph. Anna parens sublimis Dominę, quæ es mater misericordiæ, gemma lucēs Cęlestis Curiæ, te veneramur amore filiæ. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Oremus.

DEus, qui Beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es, vt Beatam Mariam matrē tuam in vtero suo portare mereretur: da nobis per intercessionem Matris, & Filiæ tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amplectimur amore, earum precibus ad cælestem Hierusalem peruenire mereamur. Qui viuis, &c.

En el Altar dela Veronica, priuilegiado.

Antiph. Christus Iesus splendor Patris, & figura substantiæ eius, portansq. om-

omnia verbo virtutis suæ: purgationem peccatorum faciens, glorioſi vultus ſui veſtigia nobis relinquere dignatus eſt. ℣. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. ℟. Dediſti lætitiam in cor de noſtro. Oremus.

DEus, qui famulis tuis lumine vultus tui ſignatis ad Iuſtitiam, Veronícæ imaginem tuam ſudario impreſsā relinquere voluiſti, per paſſionem, & crucem tuam, tribue quæſumus, vt ita nunc per ſpeculum in terris in ænigmate venerari, & adorare teipſum valeamus: vt tunc facie ad faciem ſecuri videamus, te Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Qui viuis, & regnas, &c.

En el Altar de nueſtra Señora del Papa Innocentio 8. priuilegiado.

Antiph. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, accepit eum Simeon in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis, Domine, ſeruū tuū in pace. ℣. Reſponsū acceperat Simeon a Spiritu Sancto. ℟. Non viſurū ſe mortem, niſi videret Chriſtum Dñi. Orem⁹.

OMnipotens ſempiterne Deus, Maieſtatem tuam ſupplices exoram⁹: vt ſicut vnigenitus filius tuus, cum noſtræ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

SAN

San Pablo.

En el Altar donde ſe hallo la cabeça de S. Pablo junto ala puerta Santta.

Antiph. S. Paule Apoſtole prędicator veritatis, & Doctor gentium, intercede pro nobis ad Dominum, qui te elegit. ℣. Tu es vas electionis S. Paule Apoſt. ℟. Prędicator veritatis in vniuerſo mũdo. Oremus.

DEus, qui vniuerſum mundũ B. Pauli Apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis quęſumus, vt qui eius cõmemorationẽ colimus, per eius ad te exemplagradiamur. Per, &c.

En el Altar del Santtiſſ. Sacramento, deſpues de las oraciones comunes.

A S. Eſcolaſtica.

Antiph. Accinxit fortitudine lũbos ſuos, roborauit brachium ſuũ: lucerna eius non extinguetur in ſempiternum. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intende, proſpere, procede, & regna. Oremus.

DEus, qei B. Virginis tuæ Scolaſticæ animum ad oſtendendam innocẽtiæ vitam, in columbæ ſpecie cælum penetrare feciſti: concede nobis ipſius meritis ſic innocentes viuere, vt ad ea-

eadem gaudia peruenire mereamur. Per, &c.

En el Altar mayor, dicado a los Apostoles S. Pedro, S. Pablo, y S. Anastasio

Antiph. Petrus Apostolus, & Paulus. Doctor gentiũ, ipsi nos docuerunt legẽ tuam Dñe. ℣. In omnem terrã exiuit sonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum. Oremus.

DEus, qui B. Petro Apostolo tuo collatis clauibus Regni Cælestis animas ligandi, atque soluendi pontificium tradidisti: & qui multitudinem gentium B. Pauli Apostoli prędicatione docuisti, concede nobis, quæsumus, vt intercessionis ipsorum auxilio a peccatorũ nostrorum nexib⁹ liberemur. Qui viuis.

En el Altar del Crucifixo, priuil.

Antiph. Saluator mundi salua nos hodie, qui per Crucẽ, & sanguinem tuũ redemisti nos, auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster. ℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, pone passionem, crucem, & mortem tuam inter iudicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis

En el Altar de nuestra Señora.

Antiph. Sancta Maria succurere miseris, iuua pusilanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunq; celebrant munia laudum. ℣ Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. ℟ Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

CONcede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosæ Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a presenti liberare tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per.

En el altar de la conuersion de S. Pablo.

Antiph. A Christo vocatus, & à Cęlo in terram postratus ex persecutore efectus est vas electionis. ℣ Ora pro nobis Beate Paule Apostole. ℟ Prædicator veritatis in vniuerso mundo.

Oremus.

DEVS, qui multitudinem gentium Beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, vt cuius conuersionem colimus, eius apud te

En el altar de S. Benito priuilegiado.

Antph. Sanctiſsime confeſſor Monachorum pater, & Dux Benedicte intercede pro noſtra omniumq; ſalute. ℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oremus.

INterceſſio nos quæſumus Domine Beati Benedicti Abbatis commendet, vt quod noſtris meritis non valemus eius patrocinio aſsequamur. Per.

En el altar dela aſſuncion de nra Señora.

Antiph. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit, ſicut Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis, vt Caſtrorum acies ordinata. ℣. Specioſa facta es, & ſuauis. ℟. In delitijs tuis ſancta Dei genetrix. Oremus.

FAmulorum tuorum quæſumus domine delictis ignoſce, vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti interceſſione ſaluemur. Per Chriſtum.

En el altar de S. Eſteuan protomartyr.

Antiph. Lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatum. ℣. Stephanos vidit cælos apertos. Vidit, & introiuit, Beatus homo cui cæli patebunt. Oremus.

DA nobis quæſumus domine imitari quod

quod colimus, vt discamus, & inimicos diligere, quia eius commemorationem celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare. Dominũ nostrũ. &c.

S. Iuan de Letran.

En el altar donde estan las cabeças de S Pedro, y S. Paulo.

Antiph. Hodie Simon Petrus ascendit Crucis patibulum: hodie clauicularius regni migrauit ad Christum: hodie Paulus Apostolus lumen orbis terræ, inclinato capite pro Christi nomine martiryo coranatus est. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Oremus.

DEus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiæ tuæ eorũ in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordiũ. Per Christ.

En el altar de S. Philippe, y Santiago.

Antiph. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, qnodcunq, petieritis, fiet vobis. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Oremus.

rationem colimus ſpiritualium gratiã gaudiorũ, & omnium fidelium mentes dirige in viã ſalutis æternę. Per Chriſt.

Ala capilla de S. Iuan Euangeliſta.

Antiph. Iſte eſt Ioannes, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit: beatus Apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cæleſtia. ℣. Valde honorandus eſt B. Ioãnes ℟. Cui Chriſtus in Cruce Matrem Virginem virgini cõmendauit. Oremus.

ECcleſiam tuam Dñe benignus illuſtra, vt B. Ioãnis dilecti Apoſtoli tui & Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sẽpiterna, & nos famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi. Per, &c.

En la capilla de S. Venãtio, a ñra Señora.

Antiph. Regali ex progenie Virgo Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mente, & ſpiritu deuotiſſime poſcimus. ℣. Ora pro nobis sãcta Dei Genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oremus.

CConcede nos famulos tuos, quęſumꝰ Dñe Deus perpetua mẽtis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſę B. Marię ſemper Virginis interceſſione a præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui

S. Maria la Mayor.

Al ſanctiſſ. Sacramento, las commũnes.

En el Altar de nueſtra Senora.

Antiph. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris,& flores mei fructus honoris,& honeſtatis. ℣. Beatã me dicẽt omnes generationes. ℟. Quia ancillam humilem reſpexit Deus. Oremus.

DEus,qui ad declarandã gloriam Genitricis tuæ glorioſæ Virg. Mariæ, deſcenſu nimis,in ęſtiuis caloribus,locũ in quo ædificaretur ei tẽplum,dignatus es demonſtrare:tribue quæſumus, vt eius obſequijs inſiſtentes, refrigerato cõ cupiſcentiæ æſtu, candore innocentiæ dealbemur. per eundem,&c.

En el Altar Mayor.

Antiph. Sancte Matthia, qui Domino diſponente beatorum Apoſtolorum ſorte,ex mundiſſimis orationibus in locũ Iudæ præuaricatoris electus,clariſſimis virtutib⁹ Apoſtolus Chriſti prędicator, & martyr eſſe meruiſti,te ſuppliciter ex

℣ Annunciauerunt opera Dei. ℟ Et facta eius intellexerũt Oremus.

DEVS, qui beatũ Mathiam tuorum Apostolorum Collegio sociasti, tribue quæsumus, vt eius interuentione tuæ circa nos pietatis, semper viscera sentiamus. Per Christum Dominum.

E nel altar del Pesebre.

Fæno iacere pertulit, præsepe non abhorruit, paruoque lacte pastus est, per quem gaudet Chorus Cælestium & Angeli canunt Deo, palamq; fit pastoribus Pastor creator omniũ. Memento salutis auctor, quod nostri quõdam corporis, ex illibata Virgine, nascendo formam sumpseris. Maria mater gratiæ, mater misericordię, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. ℣ Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletę sunt scripturæ. ℟ Sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noster. Oremus.

DEus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, vt ipsã pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum, Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sãcti Deus. Per omnia sæcula sæculorũ. Amẽ.

F I N.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE